



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XXVI. An Christus in quaque Specie sit totus; sitque vi præcepti sumenda  
Vtraque à quolibet?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

## QVÆSTIO XXVI.

An Christus in quaque specie sit totus? An Vtraque sit vi Precepti sumenda?

## XXXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS ait, negatque: Lutherani plures aiunt, prudentiores questionem dissimulant: Vbi quiete coguntur afftere.

CALVINISTÆ Vident & execrantur Comitiam. Vide Lutherocalvin.par.3.question. 61.

CHRISTVS. 1. Dixi, Ioan. 6. Qui manducat ME, vivet propter me. EGO sum Panis viuus qui, &c. at non manducor nisi in specie panis: ergo in hac totus adsum.

2. Praeclarè vero de me meus, 1. Ioan. 4. Omnis Spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est; & hic est Antichristus: at soluunt, qui Concomitantiam abnegant.

3. An non verissima hæc, Hoc est Corpus meum: Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Quocirca viuentis esse Animam Corpori oportet.

4. An non, Joa. 1. Verbum Caro factum est? Num igitur sola caro absque anima? Quare nec & solum Hoc est Corpus meum in anime, An non sic Verbum Caro factum est, ut in naturis duabus una sit Persona in hypostatica Unione inseparabili? Et vero ea prima sunt fidei summaq; principia Christianæ.

## XXXV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS, & quidam pauci permittam & alterum, & vtramque dicunt sapientes, sapientes negant ut potiores.

CALVINISTÆ cum his. Vtramque praeparam esse volunt.

CHRISTVS. 1. Sicut plures præiere Typus de Una specie; de Vtraque pauciores. Ita Ego Ioan. 6. quater de-

Vna meam prodidi Doctinam:

1. Qui manducat me, vivet propter me.

2. Qui manducat Hunc Panem, vivet in eternum.

3. Si quis manducauerit ex hoc pane, vivet in eternum.

4. Hic est Panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducet, non moriatur. Hæc Doctrina mea.

2. Exemplum simile, Ioan. 6. Panes multiplicauit; turbam saturauit, Potum nec dedi, nec procuraui. Item, Luc. 24. peregrinos in Emmaus vnam solam Communicaui. Vbi sane Mysterium subesse mea declarauit panis Acceptio, Benedictio, Fractio, & Distributio: tum etiam Effectus illuminationis miraculosus. Vnde recte multi S. Patrum asserunt S. Synaxin peractam esse: Alij Eucharistæ fructum à me in figura demonstratum fuisse existimant. Fingunt, qui intellectio figuram hic somniant.

3. Doctrina, Ususque Apostolorum in vna est manifestus, Act. 22. Erant perseverantes in Doctrina Apostolorum, & Communicatione fractionis panis, & oratione. Vbi non de sacrificio Apostolorum, quasi sub Vna sacrificasset; sed quid populus egerit, describitur: In populo autem finalium tunc multi erant Nazarzi, qui vino abstinere sinebantur.

## QVÆSTIO XXVII.

An sola MISSA sit propriè dictum  
Sacrificium?

XXXVI.

